

vi talis facultatis communicandi, possint alteri Sacerdoti ad plures...

Ad hoc, in oppositione patet ex dictis, quia To communicare significat...

DUBIUM IV.

Quid sit reservatio casuum, et quibus habeat potestatem reservandi, et absolvendi ab eis.

& fortilegia. 4. Proprietas contra votum paupertatis, quae sit peccatum mortale...

V. Si Superior inique negat facultatem absolvendi a reservato, postea ab alio Confessario, etiam directe absolvi, affirmant...

1. Ipe reservans. 2. Eius in spirituali jurisdictione Superior. 3. Cui ipse delegavit...

jorem Parochi; & privilegium, quod circa hoc habuerunt, sublatum est decreto Urb. VIII. an. 1623.

A D D E N D A.

1600 Quid praeterea notandum sit circa potestatem reservandi peccata? R. Hoc tantum, quod illi omnes possint reservandi...

1601 Quid sit potestas reservandi? R. Quod sit potestas reservandi, et quomodo fieri possit reservatio...

1602 Quid sit potestas reservandi per indirectum? R. Directe fit cum jurisdictione Confessarii...

1603 Quid sit potestas reservandi per indirectum? R. Directe fit cum jurisdictione Confessarii...

accidens est annexa. Hae sententia procedit ex suppositione, quod detur reservatio...

1604 Quid sit potestas reservandi per indirectum? R. Directe fit cum jurisdictione Confessarii...

1605 Quid sit potestas reservandi per indirectum? R. Directe fit cum jurisdictione Confessarii...

1606 Quid sit potestas reservandi per indirectum? R. Directe fit cum jurisdictione Confessarii...

1607 Quid sit potestas reservandi per indirectum? R. Directe fit cum jurisdictione Confessarii...

1608 Quid sit potestas reservandi per indirectum? R. Directe fit cum jurisdictione Confessarii...

1639

In Paderbornensi.

Agenda impressa Neuhuffi 1687. Titulo, Ordo ministrandi Sacramentum Penitentiae, sic habet. Casus in hac dicecesi Episcopo referantur sequentes. 1. Crimen incendiarii. 2. Sacrilegia Callicum & mortuorum esse Ecclesia ferrepto. 3. Homicidium, & infanticidium tam prolis nate quam totus animati. 4. Incaus in primo gradu & congressus cum moniali. 5. Sodomia & cum brutis congressu. 6. Dehonesto violenta virginum & eandem raptus. 7. Omne explicitum cum demone pactum, & grave per venificum illatum damnum. Praxis hoc tempore, quo scribo anno 1711, habet, ut dicti casus etiam occulti censentur reservati.

1640

In Monasteriensis.

A multis consequenter Episcopis antehac reservata est sola percussio Clerici. Quidam preterea referatur, doceret nova Agenda Pastoralis.

1641

In Osnabrugensi.

Acta Synodalia Ecclesie Osnabrugensis pag. 242. ex Synodo ultima Munda celebrata in Octobri 1632. hoc modo eos referunt Decreto 13. De Sacramento Penitentiae. Casus Clericorum Nobis reservati. Fornicatio cum filia spirituali sive Confessionis. Concubinatus publicus. Confessionis revelatio. Furtiva susceptio sacrorum Ordinum sine debita licentia & dimissorialibus ab alieno Episcopo, aut cum notatis censuris quipiam Ordinem suscipit, aut sine Ordinis celebrat ministrat. Casus laicorum reservati Nobis. Matrimonium contractum cum alia, conjugue adhuc vivente, scienter aut clandestine, non servata forma Concilii Tridentini. Machinatio in mortem conjugis, morte secuta. Casus Clericorum, & laicorum communes reservati Nobis. Homicidium voluntarium, factio, precepto, consilio, vel consensu deliberato commissum. Sacrilegium in re vel in persona. Incestus cum conjugis vel affinis in gradu a Concilio Tridentino definito. Adulterium. Raptus. Procuratio abortus vel sterilis. Incendium Ecclesiarum, domorum aut segetum, malitiose factum. Pollutio Ecclesie, cœmeterii sanguinis vel feminis effusione. Violatio libertatis vel immunitatis Ecclesie. Item venificum, fortilegium, divinatio, incantatio cum pacto demone exprello vel implicito, & abusus Sacramentorum & sacrarum rerum ad superstitiones, & artes magicas. Ab his casibus si quis Confessarius, cuiusvis Ordinis sine facultate scripto a Nobis data, aliquem absolvere attemptit, excommunicationis poenam ipso facto subeat. Tempore, quo scribo, anno 1711. praxis habet in dicecesi Osnabrugensi, ut casus occulti non censentur reservati.

1642

In Hildesienfi.

In Synodo dicecesana 12. & 13. Aprilis 1652. Casus reservati. Veneficia, incantationes, fortilegia. Homicidium voluntarium. Percussio propiorum parentum deliberata. Stuprum cum violentia. Raptus. Incestus cum conjugis aut familiaribus. Bestialitas. Sodomia. Procuratio abortus animato fetu, etiam effectu non secuto. Perjurium in iudicio factum. Blasphemia enormis. Crimen incendiarium. Reiteratio Baptismi, Confirmationis & Ordinis rite acta quam passiva. Violatio immunitatis aut libertatis Ecclesie. Violatio sigilli confessionis. Falsificatio litterarum publicarum. Coniugis machinatio in mortem alterius conjugis. Abusus Sacramentorum vana & superfluitio.

1643

In Leodienfi.

1. Heresis. 2. Apostasia. 3. Homicidium voluntarium. 4. Injunctio manuum in parentes. 5. Machinatio in mortem conjugis. 6. Veneficium. 7. Maleficium. 8. Incantatio. 9. Procuratio abortus. 10. Proles oppressio. 11. Stuprum, sive violenta dehortatio virginis. 12. Raptus. 13. Matrimonium contractum post votum calitatis aut in gradu prohibito scienter, vel priori voto adhuc vivente. 14. Incestus cum conjugis aut cum virgine facta seu Moniali professa. 15. Concubitus contra naturam, puta, Sodomia, & eius generis graviora crimina. 16. Falsitas circa monetam. 17. Falsitas circa litteras alicujus Prelati inferioris Papa. 18. Solemne perjurium. 19. Publica enormis blasphemia in Deum aut Sanctos. 20. Insignis contumelia illata sacrosanctæ Eucharistie aut sacris Sacramentorum Reliquiarum. 21. Abusus sacrosanctæ Eucharistie, & sacrarum Reliquiarum vel etiam Sacra Scripturæ ad exercitium artium magicarum. Hi casus reservantur, etiam quando sunt occulti.

Anno 1697. 12. Martii prodiit impressum Feodii, sub titulo: Instruktionen summarie pro Confessariis, &c. ubi notantur illi casus, & in fine additur: Noverint autem nemini quantumvis postebat habentibus absolvendi a casibus Nobis reservatis, veniam esse concessam, ut absolvere possit ab heresi, apostasia & homicidio voluntario: item a casu complicis in materia venerea idest, a peccato mortali, extero in materia venerea cum penitente perpetuo.

1644

In Ruremundana.

1. Heresis interna signo externo manifestata. 2. Apostasia a fide, a Religione, & ab Ordine reipia exteriori perpetrata. 3. Publica & enormis blasphemia aut contumelia in Deum, vel Sanctos. 4. Sodomia realis. 5. Maleficia, per quæ maleficus pacto scienter inito, alicui in anima, corpore, fama, honoribus & aliis quibuscunque reipia nocet. 6. Homicidium voluntarium reipia factum, & si sit Clerici, Sedi Apostolicæ est reservatum. 7. Injunctio violenta manus in Patrem, Matrem, horum maiores, vitricum, & novercam. 8. Incestus in primo contiguitatis vel affinitatis gradu reipia commissus: item qui cum mulieribus religiosis professis sit. 9. Sodomia cum eodem

sexu, bestialitas, & alia ejusmodi nefanda aut graviora contra naturam scelera reipia consummata. 10. Incendium Ecclesie, domorum, frugum aut aliorum ex proposito factum. 11. Peccata mandantium, consulentium, auxilium, & favorem prestantium in heresi, homicidio, incendio, maleficio supradictis. 12. Crimen falsarii, si scripturae sint publicæ, ut Regis, Principis, Magistratus, Judicis de publico tractantes. 13. Violatio Ecclesie libertatis, & immunitatis.

Advertendum est, quod in hac dicecesi Ruremundana nullus Confessarius, extra mortis periculum, licet alias habeat potestatem absolvendi a reservatis, absolvere possit a peccato quolibet mortali extero contra castitatem, complicem in eodem secum peccato, nec ad hoc sit approbatus, nec absolvere possit ab heresi; neque a casu laicorum conventicularum juvenutis utriusque sexus, sine expressa ad hoc ab Ordinario obtenta licentia.

Quæst. 234. An regulares subjeccant casibus ab Episcopo reservatis? Resp. Regulares non exempti subjeccant, exempti non subjeccant, quia quoad hoc non subsunt jurisdictioni Episcopi. Si tamen Regulares exempti, v. gr. Moniales habeant Confessionarium non exemptum, huic sublata erit jurisdictione & potestas absolvendi a tali casu, ideoque casus commissus a Moniali exempto confessorio reservatus respectu talis confessarii, nisi probatum possint ab omnibus casibus aboli, ut per quemcumque approbatum possint ab omnibus casibus aboli, ut per quemcumque approbatum respectu Confessarii ab Episcopo approbandi, Avers. quæst. 17. sect. 1.

Quæst. 235. Quænam mandata sint circa ejusmodi casus ab Episcopo reservatis? Resp. leg. §. 1. Per apostasiam intelligitur defectio a vera fide ad heresim. Per relapsum in heresim intelligitur relapsus post heresim publice exipiam, Azor. t. 1. lib. 3. cap. 14. Per homicidium videtur etiam intelligi actio occidendi, v. gr. vulnus lethale vel porcedum venenum, propter quod sequitur mors. Per sodomiam tam. in Deo. lib. 7. cap. 7. §. 6. intelligitur illum solam, quam committit agens feminando in vase proliquo postero masculi, cum enim reservatio fit materia odiosa, secundum dicenda num. 1634. restringi debet, adeoque intelligenda est sodomia perfecta prope dicta. Alii intelligunt quemcumque sodomiam perfectam, sive sit patientis, sive agentis. Chapeav. p. 2. cap. 15. intelligit omnem sodomiam proprie dictam, uti & Ardekin. t. 2. p. 2. tract. 2. cap. 2. §. 3. dicens etiam intelligi bestialitatem, & congressum cum demone. Per Jarrilegium secundum Gob. 7. num. 264. intelligitur violatio hoi facti, effuso sanguine, aut semine, vel furto paratro. Aliqui putant etiam intelligi volutionem personæ sacræ, sed communis negant alii: Quænam polluat Ecclesia sanguinis, vel feminis effusione, dictum est hic num. 255. & a num. 282. Quænam videtur libertas, & immunitas Ecclesie, colligitur ex dictis lib. 4. a num. 1382. 1389. Per incendium procuratum intelligit Arde. etiam procuratum a mandante, effectu secuto, ille enim prope dicitur incendiarius: aut tamen qui consilio vel auxilio remote concurrunt, dobitat; Per stuprum intelligitur dehortatio virginis sub cura parentum constituta, per vini facta; aut etiam secundum Chapeav. cap. 11. facta precibus importunis, falsis promissis vel dolo. Per raptum intelligitur abductio invite virginis cum intentione peccati, aut etiam Matrimonii, sive quis per se abducat sive per alium, inquit Arde. per incestum, non intelligitur cum affinis, nisi exprimat, sed cum solis conjugis, si aduere copula perfecta cum seminatione in vase naturali, Arde. per Sanctimoniam intelligitur quilibet Religiosa in Ordine approbata professa. Per infectionem manuum violentam in parentes intelligit Chapeav. & Arde. etiam intrusiones pedum, projectiones lapidum vel aliarum rerum, verberationes medio instrumenti, v. g. gladio, fuste, & nomine parentum putat Chapeav. venire etiam avam & aviam, imo & novercam & vitricum, quamvis in hoc dissentiat Arde. nisi exprimat, tamen non intelligitur pater, & mater uxoris: putatque Arde. non requiri lesionem gravem, sed facti esse si sit mortaliter peccaminosa. Per fortilegia intelligit Laym. exercitium magiæ. Tann. divinationes. Arde. si quis per fortis aliquid futurum vel occultum exploret. Per manifestum perjurium putat Gob. intelligi perjurium, quod fit in iudicio, vel fallum testimonium in eo datum. Si repperit peccatum ex consuetudine v. gr. blasphemia, non est reservatum, si fiat in ebrietate vel inadvertenter ex consuetudine etiam mortaliter culpabili nec fit semel aut bis fiat post ultimum confessionem adveniente ex consuetudine retractata: si tamen fiat v. gr. quinquies ab ultima confessione. Homob. & Avers. quæst. 17. sect. 2. putant incurrere reservationem: Quando plures proleuntur uno impetu, comparantur pro uno, Dian. p. 10. r. 14. R. 69. Blasphemia, ut sit publica, debet esse prolata saltem coram lex, qui non sint de familia, Vidal. Dian. Res. 68. Plura videtur possant apud Chapeav. tota p. 2.

§. 2. Quando reservatio fertur simpliciter in faciente, 1647 communiter eam non contrahunt mandantes, consulentes, faventes, auxilium ferentes, nisi id exprimat, Navar. Viri de Jubil. quæst. 11. art. 1. Chapeav. p. 1. cap. 6. quæst. 4. Postea tamen p. 2. cap. 2. quæst. 2. num. 9. dicit illum, qui mandat, consilium, aut fert auxilium homicidii, etiam incurrere reservationem, quia statutum, quo maleficium punitur, secundum Bartolum ligat etiam mandantes, sed hoc negari potest, quia absolute verum manet, quod si jura non exprimat, per facientes, non intelliguntur mandantes &c. Dicaft. de cens. d. 2. num. 126. Ad dicitur Navar. Chapeav. p. 1. cap. 6. quæst. 7. si feratur etiam in dantes consilium, auxilium, favorem, debere intelligi de iis, qui efficiat hoc factum, hoc est, ita ut sine illo concurrere consilium, auxilium, favoris, crimen commissum non fuisset. Si tamen aequo primo & principaliter feratur in dantes consilium, auxilium, favorem, hi incurrunt, etiam si effectus non sit securus, quia

quia prohibitio vel reservatio tum tendit in malitiam consilium, auxilium, vel favoris.

1648 §. 3. Si dicitur ferri contra eos, qui presumunt aliquid facere, non cadit in illos, qui ex metu vel alio affectu, prater superbiam & contemptum, faciunt. Si autem addatur in eos, qui scientes hoc, vel illud, non incurrunt illi, qui fecerunt tale quod ignorans, Chapeav.

1649 Q. 236. Quando peccatum internum dicatur prodire in actum externum? Resp. §. 1. Ut hoc fiat, secundum dicta num. 1617. debet ante omnia supponi peccatum, quod dicitur reservari, ibi interne adesse. Ut autem dicatur prodire in actum externum, non sufficit quomodomque manifestare externe, sed requiritur, ut illa manifestatio censetur in ratione peccati externi esse moralis, Sanch. in Decal. lib. 2. cap. 8. Dicaft. d. 11. a num. 74. Lug. d. 20. num. 15. unde si quis ex gravi odio interno leviter percutiat Clericum, non incurrit reservationem. Item si volens melius edoceri dicat se hæcenus non credidisse Deum esse Trium; aut se ex ignorantia hæcenus esse in hoc hæreticum, & fortasse ferri etiam pro futuro, non censetur externe manifestare heresim, cum hoc ipso significet se non habere perfidiam, Sanch. Dicaft. a num. 79. si tamen ita loquens reipia paulo modiculis vellet proferre, hoc quod interius judicatur, aut ita loqueretur non magis affectus ad fidem, quam ad errorem suum, esset heresis externa, Lugo, de fide d. 14. num. 24.

1650 §. 2. Si quis in somno vel ebrietate manifestet heresim suam, non ideo heresim censetur prodire in actum externum, quia locutio tum facta non est actus humanus; nec sufficiens signum veri animi hæretici, cum plurima etiam falsa inaniter existantur a tali homine, Sanch. Dicaft. a num. 85.

1651 §. 3. Quis extere significat debetare de aliquo articulo fidei, secundum Sanch. num. 17. extere manifestat heresim internam, secundum Dicaft. a num. 52. non manifestat: sed facile conciliatur, dicendo, si affirmative dubitet, id est, si interne judicat articulum fidei esse dubium, & hoc judicium internum sufficiens manifestat, fore externam heresim: si autem tantum negative dubitet, id est, si suspendat omnem iudicium, non fore heresim internam, adeoque nec externam, quamvis manifestet suum dubium: Et in re consentit Viva quæst. 11. art. 1. num. 8.

1652 §. 4. Recte notat Sanch. & alii apud Dicaft. a num. 60. posse esse circumstantias, ut comedere carnes die vetito, non generare ante venerabile, aut facere id, quod faciunt alii, quia hæretici sunt, si sufficiens externa manifestatio hereseos interne. Quia tamen interne hæretici est, & alterius heresim cum sua communem legem in libro, vel describit tanquam alienam, non ideo est extere hæreticus, quia per hoc non manifestat suam heresim, Azor. & alii cum Dicaft. num. 82.

1653 §. 5. Ut actus internus, qui quis intendit fornicationem, censetur prodire in actum externum, non sufficit, quod ex affectu interno mortaliter turpi scribat litteras ad aliam, ex fine inducendi ad lapsum, si litteræ de se non significant illam intentionem mortaliter malam, Sanch. & alii cum Dicaft. num. 45. Et univiersaliter non sufficit, si signa externa sint de se indifferentia, que non satis manifestent peccatum internum, nisi per circumstantias sufficientes ad hoc determinarentur, Valq. Azor. Suar. Dicaft. num. 46. & 86. Hinc si quis per cifras sibi soli cognitias manifestaret suum peccatum internum, non ideo censetur peccatum humano modo extere manifestatum, nisi antea alicui communicasset significationem ejusmodi cifrarum, Dicaft. a num. 47. addens tamen num. 52. si inter amatos fuit conventum, ut gesticulo rubri lemnicis esset sequam invitandi ad turpem actum, gesticulo talem lemnicum sufficiens manifestaret extere actum internum, nisi ex aliis circumstantiis fieri possit, non ad eum præcise finem attemptum esse rubrum illum lemnicum.

1654 §. 6. Putat Dicaft. num. 87. si quis per equitationem intendat, & causet in se pollutionem, non ideo luxuriam internam manifestat extere, qui equitatio est medium de se indifferens, & non malum, sed oppositum omnino tenendum est, uti dicitur, num. 1670.

1655 §. 7. Si pollutio ipsa in se directe sit reservata, & ex luxuria interna plane libera, sequatur plane inadvertenter, secundum Suar. de juram. lib. 2. cap. 8. num. 6. Sanch. in Decal. lib. 1. cap. 16. num. 47. Dicaft. de juram. d. 2. num. 185. non ideo incurrunt reservatio, quia tales actus externi non censentur in se reservati, nisi quando in se sunt peccata, saltem denominative, quando autem sequantur plane inadvertenter, non sunt in se peccata, nequidem denominative, sed tantum sunt effectus peccati, ut dictum est lib. 4. a num. 23. ergo. E contra si reservata sit omnis luxuria interna, quando prodit in actum externum, si hæc luxuria interna peccat in actum externum per pollutionem etiam inadvertenter secutam, videtur incurrere reservatio, quia talis luxuria prodit extere per actum, qui hic, & nunc est proprius, & connotariis ejus effectus, omnis autem causa censetur manifestari per talem suum effectum sibi coexistentem. Unde si ex luxuria interna prius habita, poltea v. gr. in somno oriatur talis pollutio, non videtur incurrere reservatio, quia talis pollutio, quamvis reipia sequatur ex peccato interno antea habito, tamen censetur per accidens sequi, aut saltem non esse sufficiens ejus manifestatio, cum ordinare possit, & sæpe solet oriri etiam ex alia causa naturali. An autem delictum mortale circa objectum turpe, si ad hæc sequatur commotio venerea, censetur hoc ipso prodire in actum externum, dicitur num. 1672.

1656 Q. 237. Quando peccatum dicatur publicum, notorium, deducitur ad forum contentiosum? Resp. §. 1. Tum censetur publicum, si in communitate vel vicinia, vel etiam in domo communis, si in communitate vel vicinia, vel etiam in domo communitatis saltem decem personis, notum sit peritiam, uti pluribus explicatum est lib. 3. p. 2. num. 129. & lib. 4. num. 784. Putat autem Andreas a Masre Dei Carmel. Salmantic. de Privil. Regul.

cap. 4. p. 1. num. 26. publicum distingui a notorio, & hoc dici notorium, quod coram majore parte communitatis factum est. E contra si ad notitiam communitatis alio modo pervenerit, dicit tantum publicum seu factum publicum, famulum, manifestum, sed non ideo esse notorium: hoc tamen distinctio vix fertur pro praxi in hac materia, nam delictum, sive sit illo sensu notorium sive tantum publicum, censetur simpliciter non esse occultum.

§. 2. Ut delictum sit publicum, requiritur, ut non tantum 1657 actus, qui est delictum, sit publicus, sed etiam, ut tantum sit, quod talis actus sit delictum: sic enim fieri potest, ut excommunicatus publice minuetur Sacramenta, non sit scitur esse excommunicatus, quamvis actus ipse sit publicus, delictum non est publicum, Nav. Sair. Sanch. Barb. Sa, Loth. tract. 1. quæst. 1. art. 3.

§. 3. Si delictum sit publicum in uno loco, sed in alio loco, 1658 in quo petitur absolutio, sit adhuc occultum, nec detur periculum proximum, quod in illo publicetur, Avila & alii cum Sanch. in Dec. lib. 2. cap. 11. num. 20. dicitur hic ceteri occultum, prout opponitur publico, quia revera hic non fit; contradicit tamen probabiliter Suar. Caltr. Loth. supra, quia quod uno loco est publicum, simpliciter est publicum, nec potest dici absolute non publicum: ergo nec potest dici simpliciter occultum.

§. 4. Si reus sit accusatus, & citatus a Judge. Rice. Henric. 1659 Avila, Sanch. dicitur delictum ejus hoc ipso esse deducit ad forum contentiosum, quia citatio est primus actus iudicii, §. final. Inltit. De papa remans litigantium. Sed probabiliter contradicit Lancel. Barb. Loth. qui requirit litem contestationem, saltem per executionem citationis, aut per comparitionem Rei coram Judge, ut in simili dicitur ad lib. 4. num. 529.

§. 5. Si Titius & Cajus simul idem delictum commiserint, 1660 & solus Titius sit ita citatus ad Iudicem, delictum Cajus non ideo citatur deducitur ad forum contentiosum, Navar. Caltr. Sanch. num. 21. Loth. supra.

§. 6. Si reus sit in foro contentioso absolutus, delictum ejus 1661 non amplius per hoc censetur publicum, Suar. Sanch. Barbof. Loth. Idem est, si accusator per annum taceat, quia talis taciturnitas arguit defectum probationis, & æquivalat abolitioni, Barbof. Loth. Quod verum esse dicit Sanch. Loth. contra Suar. quamvis antecesserit semiplena probatio, quia quando hæc non sit plena, reus manet in possessione innocentie. Si autem delictum fuerit in iudicio probatum, & punitum, adhuc dicitur Henric. Sanch. Avil. Regin. desinare esse publicum, quia cum jam satisfactum sit auctoritati Iudicis, videtur cessare publicitas istius fori: sed in hoc probabiliter contradicit Mascard. Tiraq. Menoch. Suar. Bonac. Caltr. Loth. supra, quia licet Iudici satisfactum sit, tamen cum delictum sit juridice, & iuste publicatum, est & manet simpliciter publicum Jure.

Q. 238. Quid addendum sit circa casus reservados apud Regn. 1662 lates? Resp. leg. §. 1. Undecim casus Clementinis, quos solos propria auctoritate reservare sibi possunt Superiores Regularum, referunt Bulemb. num. 1600. quos quos addam aliqua a num. 1609. ubi explicabo, quid intelligatur per apostasiam a religione, per lapsum carnis, &c. Quamvis autem Suar. Fill. t. 7. num. 276. Bulemb. supra & alii dicant Superiorem adhuc posse sub excommunicatione sibi reservata prohibere alium casum, qui non est inter Clementinos, quia tum non reservatur culpa, sed cœntura tantum: tamen Sanch. Sylv. & alii multi cum Aversa quæst. 17. sect. 2. probabiliter contradicunt, quia sic agitur contra mentem Clementinis: cum enim abolitionis a culpa debeat premiti absolutio a censura, nullo modo consequitur infirmitas subditorum, & ita a S. Congreg. decisum esse referunt Lugo de penit. d. 20. num. 47.

§. 2. Regularis exemptus non potest sine speciali facultate 1663 Sedis Apostolicæ abolveri a casibus Ordini reservatis, nisi a Superiore de consensu Superioris talis Ordinis, Suar. de Relig. tom. 4. tract. 10. lib. 3. cap. 4. num. 21. Hinc licet Nuntius Apostolicus detur specialis facultas absolvendi ab omnibus casibus reservatis etiam per Bullam cœntæ, tamen id intelligitur de casibus, in quantum Sedi Apostolicæ reservatis, nam S. Pius V. ubi habetur in compendio Privil. v. Apostasia §. 1. concedit, quod Apostata a Societate JESU abolveri queat, nisi a Romano Pontifice vel Superiore Societatis, & alii Ordines exempti habeant simile privilegium, aut hoc ipsum conceditur: hinc scio recentissime duos Nuntios Apostolicos decessisse petere, & obtinuisse Roma speciale facultatem absolvendi Religiosos cuiuscunque Ordinis, etiam a censuris, & casibus Superioribus suis reservatis, in casibus tamen occultis. Si Episcopus, & non Superior religiosus habeat potestatem absolvendi a reservatis Papæ, probabiliter poterit exemptus abolveri ab Episcopo, quia non debet esse deterioris conditionis quam alius, & rationabiliter interpretatur esse exemptum tantum in his, in quibus subditur jurisdictioni Prelatorum suorum, Suar. tract. 8. lib. 2. cap. 23. num. 31.

§. 3. Communis sententia habet ex cap. fin. de Penit. & re. 1664 miss. Superiore regularem ordinare posse in hac materia circa se, quod potest circa alios, adeoque posse sibi eligere Confessionarium, a quo absolvatur a reservatis. Dixi ordinare, propter dicenda num. 1688. & 1689.

§. 4. Certum est contra Fagund. Superiore Regularem non 1665 prohiberi audire confessiones subditorum, etiam non habentium casus reservados, nam Clementis postquam dixit non obligari subditos ad confitentium Superiori, addit: Nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserit, aut ipsius subditis sponte, aut propria motu id ab eis petierit, Dic. de penit. d. 12. num. 115. Et quidem pro Societate JESU declarat idem Clemens non prohiberi Superiores, si sint Magistri novitorum, uti habetur in Ordinationibus Generalium cap. 5. An autem Novitius incurrat reservationem casuum Ordinis, in quo est, dixi lib. 4. num. 64. & pat-

384 & partem affirmativam merito probabilem dicunt Suar. & alii cum Dicitur...

1666 §. 5. Recte docent Logo d. 20. num. 226. in dubio an expediat vel Superiori licitum...

prelatis, est stricte interpretanda, quia non censetur esse nisi pro bono privato...

dicandum est secundam praesumptam mentem, & verba concedentis, Averf. *f. 7. §. 5.* Hinc si fuerit petium, ut postea penitentem aliquid absolvere post obtentam facultatem commissa, Lago, *Tamb. Stoz. Dic. n. 245. Gob. l. 7. n. 710.* Quod verum est, quamvis penitens ex confidentiali illius gratia sapius peccasset. Sponer. n. 765. Et universaliter praeferuntur citatos *num. 1451.* decessent Sauch. Regm. Lugo. Bon. *Beja. p. 2. caf. 28. Dic. n. 254.* Averfa *n. 20. 21. 22.* contra Covarr. si quis ideo committit reservatum, quia jam est Jubilaeum, quia habet privilegium, ut absolvatur &c. posse nihilominus absolvi, quia tale peccatum nullibi exprimitur. Vide dicta ibi n. 1451.

1693 §. 10. Cum peccata dubia non referuntur, secundum dicta n. 1604. si propter dubium absolutio fit data a non habente potestatem in reservata, & postea innotescat peccatum fuisse certum, si reservatum erat propter censuram, Lugo. *d. 20. a n. 20.* recte dicit sublatam esse reservationem, quia censura in casu dubio ordinario absolute tollitur: & contra si reservatum erat ratione sui, videtur remanere obligatio se sistendi Superiori, quia facti in casu necessitatis aut si quis bona fide per inadvertentiam fuisset ab inferiore absolutus, reservatio non est sublatam, quia jurisdictionis erat suspensa; ita & hic: quod maxime valet in sententia, quam tenui n. 615. nempe eum, qui confessus est mortale tanquam dubium, si postea resciat fuisse certum, teneri adhuc confiteri tanquam certum. Nihilominus probabiliter contradicunt Sa, Hurtad. Portel. Rasler. Spor. *n. 734. Gob. n. 358. Dicit. n. 99.* quia ex voluntate Superiorum, quamvis peccatum est dubium, relinquuntur jurisdictionis: ergo si tum detur absolutio, tollitur reservatio, neque postea est causa, cur semel sublatam redeat. Et ideo etiam si quis in articulo vel periculo mortis, aut virtute Jubilaei vel Bullae absolutus sit a reservato, non est obligatio se postea sistendi Superiori, nisi forte ratione censurae annexae, secundum dicta n. 1623. quia per talem circumstantiam vel privilegium relinquuntur jurisdictionis, per quam absolute tollitur reservatio, Suar. *Sanch. Dicit. de censur. d. 3. n. 195. Averfa g. 17. f. 5.*

1694 §. 11. Si quis in diecesi, in qua reservatur peccatum, quando est publicum, absolvitur a peccato adhaec occulto per Confessarium non habentem potestatem ad reservata, si peccatum postea fiat publicum, est & manet directe absolutum sine obligatione iterum confitendi aut se sistendi, quia peccatum ex tempore non erat reservatum, nec a Confessario erat sublatam jurisdictionis: per hoc tamen non eximitur a poenitentiae ratione sui, si annexa erat censura aut alia poena. Similiter si homicidium annexa sit reservatio, & aliquis ante mortem secutum a non habente potestatem in reservata absolutus a peccato lethalis vulneracionis, quamvis aliqui putent mentem reservantis esse reservare actionem occisivam, cum qua moraliter est conjuncta mors, tamen cum haec actio, morte non secuta, respiciat non sit homicidium, reservatio non videtur esse extendenda: unde cum sit directe absolutus, non indiget alia directa absolucione ab eo peccato, nec tenetur se sistere, Henric. Fagnan. Herinck. *Diana p. 8. r. 7. R. 85. Averfa g. 17. f. 2. Dic. de pen. d. 11. n. 195.* Cum tamen homicidium annexa fit irregularitas, hac poenitentia incurretur, secundum dicta *l. 1. n. 618.* Et idem plerique dicunt, si censura esset annexa, de quo in *l. 7.* quando de excommunicatione. Quod si tale peccatum ante publicationem vel mortem secutum esset remissum per solam contritionem, probabilis est, quod fessus publicatione vel morte superveniente reservatio, quia quavis culpa non amplius existat, quando illi effectus sequuntur, tamen cum peccatum illud adhuc debeat directe absolvi, hac potestas absolvendi jam sublatam talem effectum culpa est retractata per solam attritionem, quodquid in contrarium dicant Homobon. Bordon. *Averfa g. 10. f. 2. in fine.*

1695 §. 12. Si poenitens expressit peccatum reservatum in confessione quod illam, qui habuit potestatem saltem delegatam ad reservata, quamvis absolutio fuerit invalida, v. g. defectu doloris, reservationem esse sublatam habet communis cum Lugo *d. 20. n. 113. Dic. d. 11. n. 124. Herinck d. 7. n. 26. contra Ariagam.* Et contra si reservatum incapubilitate omisit, praeter citatos n. 1449. docent Cov. Con. Ledelm. Nav. Regm. Arr. *Leff. Tamb. Lugo. n. 85. Herinck n. 20. Gob. n. 7. n. 377.* sublatam esse reservationem. Limitat Gabr. Ang. Silv. Rojell. Bonac. si absolvens intendit eum tollere: sed absolute id dicunt *Buifemb. & alii 20.* graves Auctores cum *Averfa g. 17. f. 8. & Viva g. 11. d. 4. c. 6.* quamvis non intendit expresse, quia saltem implicite ac virtualiter vult facere quod potest: atqui potest tollere reservationem peccati etiam non cogniti: ergo. Hoc extendit Lugo *n. 106.* etiam ad confessionem invalidam: alii etiam ad sacrilegiam, quia extra confessionem etiam a delegato Confessario tolli potest reservatio, ex vi potestatis, quam delegavit Superior: Sed contradicunt iterum Arr. & alii. *Dic. faterur has sententias esse valde probabiles, attamen n. 141.* cum Suar. *Prap. & alii tenent non tolli reservationem, si nulla fiat mentio reservatorum, nec adfit sublatam intentio illam tollendi, quia tunc non videtur satisfieri intentioni reservantis, quae est, ut reservatum directe subsiciatur clavibus, sicque ratione reservationis explicata medicina conveniens imponatur ab illo, qui in reservata habet potestatem. V. dicta n. 1452. c. 1475.*

1696 §. 13. Si Poenitens, nequidem quando confiteretur, sciat suum peccatum esse reservatum, Gob. *d. 7. n. 360.* permittit absolvi, & consentit Sponer. *n. 375.* datque *n. 761.* rationem, quia videtur esse sufficientes necessitates, ne poenitens cogatur sine absolutio-
 ne difcedere, & bis idem confiteri: imo forte non redibit. Sed haec vult per accidens, unde non videtur, unde poenitens iurisdictio pro hoc casu: & saltem si excommunicatio reservato fit annexa, certo non poterit absolvi, quia talis prohibetur ante sublatam excommunicationem suscipere Sacramentum Poenitentiae.

§. 14. Obligatus postea comparere coram Superiore, non tenetur ante Missam vel communionem, sed satis est, si prima commoda occasione, *Leff. in Aut. v. Absolutio casu.* Satisfacit autem, si postea coram delegato vel alio privilegiato comparat per se vel per alium, *Stoz. l. 2. n. 74.* Quod si aliquid ob impedimentum non possit per seipsum audire Superiorem Card. Valent. Henr. Azor. Sanch. *Tamb. Dic. n. 270. Stoz. n. 69. Spor. n. 750.* Viva *ad prop. 7. Alex. VII. num. 8.* dicunt non teneri ad ipsum recurrere per Procuratorem vel litteras, aut ipsum ad se advocando, tum quia est obligatio personalis, & iple in individuo dicitur teneri adire, tum etiam quia illi alii modi comparandi sunt extraordinarii vel periculosi: ergo ad illos non est extendenda lex odiosa; quae sententia de non necessario tum recursum ad Papam communis est, secundum dicta *n. 1624.* quia Papa tum concedit Episcopis: & contra probabilis videtur cum Suar. *Bonac. Lugo. Zamb. Averf. g. 17. f. 5.* recurrendum esse ad Episcopum vel alium Superiorem per Procuratorem vel per litteras; Episcopi enim & alii Superiores id non conceperunt aliis, & quod quis facit per Procuratorem vel per litteras, censetur facere per seipsum; imo hoc est facilius, quam adire per seipsum; nec est periculum nisi remotum manifestacionis.

§. 15. Quid facere debeat ille, qui habet reservata, & communicare debet, attamen Confessarium non habet, qui possit absolvere a reservatis, habet *Buifemb. num. 1600.* relatus, potestque videri *Averf. g. 17. f. 9.* accurate referentis sententias & Auctores.

DUBIUM V.

Quid sit officium, & quae obligatio Confessarii? 1699

Resp. I. Munus Confessarii est absolvere dispositum & non alium; item curare refectionem illius iudicis, praeterquam quando etiam coram est, & reos juvare, ac monere, cum prudentia tamen. Ratio primi est, ne sit iniurius poenitenti. Ratio secundi, ne fiat sacrilegus. Ratio terti, ut sit eadem, & quia debet curare, ut absolutio sit efficax. *Unde resolvit.*

I. Eris intermedium, utiliter differatur absolutio, etiam eius, qui potest licite absolvi, id tamen rari, nec fore nisi de poenitenti consenti facientium, quia potest vergeri in grave peccatum, vel in damnum. *V. Dian. p. 1. r. 4. R. 35.*

II. Absolvendus est, qui adhaeret sententiae probabilis: quia est dispositus.

III. Moraliter ei confare debet de bona dispositione poenitentis; alias absolvendo peccabit mortaliter.

IV. Non licet absolvere, 1. Qui nullam praebet materiam, qualis tamen non est, qui post absolutorem modo confiteretur, cuius erat oblitus. 2. Qui cum possit, non est paratus restituere, & proximas peccandi occasiones fugere. *V. Nav. c. 15. Suar. d. 3. c. 2. f. 2. 3.* Ignorantem ea, quae omnes scire tenentur, v. g. decepta praepcepta, & quae ad fructuosam confessionem & Communionem spectant; unde talis communiter prius est instruendus, vel alio mittendus ad instructionem. *V. supra l. 2. d. 1. c. 1.*

V. Rudiores ordinario juvandi sunt, nisi sint incapaces instructionis, vel ob poenitentium multitudinem fieri non possit, nec videatur expedire, ut dimittantur; vel sint peregrini, qui mox communicare, & abire debeant; tunc enim, si aliqui bona fide agant, & temporis angustia, vel poenitentium multitudo longum examen vel instructionem non permittat, sufficere aliquando integritatem formalem, docet Lugo *l. 5. c. 13. n. 10.* quia scilicet, auditis aliquibus peccatis absolvatur, cum onere redeundi ad confessionem plenioram.

VI. Si Confessarius notet poenitentem ignorare aliqua necessaria ad hoc Sacramentum, tenetur cum instruere, & admodum officii, quantum fieri potest, v. g. si nesciat illa, quae necessitate medi sunt ad salutem necessariam, debet ea docere; item obligatus ad deponendum odium, ad restitutionem honoris, famae aut bonorum, aut ad occasionem peccatorum tollendam, aut amovenda vel reparanda scandalum, aliave damna illata; aut ad corripiendos delinquentes, juvandos indigentes, ad denuncianda delicta, vel delinquentes in praedictum communitatis vel innocentium, & denique si quam censuram incurrerint, &c. tenetur ea de re monere, & hortari ad satisfacionem, quam si recusat, negare absolutionem, quia alioquin fe ipsorum criminum participem, & sacrilegii reum faciet, *Averfa g. 16. f. 12.*

VII. Tenetur monere eum, qui ex ignorantia vincibilis & mortaliter culpabilis est in malo statu, quia alias nec ipse nec Sacramento conficitur, cum poenitens sit indispositus. Si vero ignorantia sit invincibilis, v. g. si bona fide teneat rem alienam, aut sit in Matrimonio irritum, tenetur quidem monere, & instruere, quando speratur fructus, nec timentur incommoda graviora: quae si praesentur metuantur, aut fructus non sperantur, non tenetur, imo non potest, (excipit Lugo *d. 32. num. 24.* nisi silentium officiat bono communi) quia debet bonum poenitentis procurare, ac consequenter licite etiam suadet, ut secundum suam ignorantiam operetur, v. g. Caes. ut reddat debitum Titio, quem invincibiliter creditur esse maritum, cum non sit. *V. Sanch. lib. 2. de Matr. d. 38.* Nec obligat, etiam si sit in praedictum terti partibus, aut Lugo & Tamb. *d. exp. conf. lib. 2. c. 4.* Hinc si Confessarius praevidet poenitentem non restitutum, si ipse detegat nullitas ritum, quoniam pro se esse putet, non est illi talem nullitatem a Confessario non interrogato, detegendam. Quod si tamen poenitens iple dubitet ac roget, tenetur disere veritatem, (quia tacere esset errorem approbare) prudenter tamen, non plus dicendo, quam rogatur, v. g. si roget Titius,

Titius, an post votum simplex castitatis, Matrimonium contrahendum valeat, postquam ac teneatur reddere debitum, refpondeat, quod sic, tunc obligacionem non petendi debiti. *V. Laym. hic & Lugo. l. 1.*

VIII. Quando Confessarius Principum, Praetorum, aliorum, quae Maganatum sciunt ipsos non satisfacere officio, v. g. circa obligacionem Beneficiorum, electionem ministrorum, subditorum gubernationem, circa elemosinas ex bonis Ecclesiasticis faciendas, &c. negligenter tenetur Confessarius monere poenitentem de sua obligacione: alias si absolvit, suis numeris peccata illa imponit, & ceterum eum dicens ambio in foream inferni cadunt. Ratio est, quia in talibus raro est ignorantia invincibilis; raro item contingit, ut illa secum non afferant scandalum in subditis, exitimantibus illa licere: vel certe non afferant damnum commune. Si tamen videat ignorantiam esse invincibilem, neque ex illa sequi scandalum aut damnum commune; contra vero admonitionem fore in majus malum poenitentis, aut allaturam scandalum vel incommodam, potest secundum paulo ante dicta, dissimulare, nisi interrogetur, Lugo. *n. 37.*

IX. Si etiam poenitens teneretur (licet sub peccato mortali) ad aliquam adeo difficile, ut non crederetur nunquam animo accepturam, & alia vice melius succurreret, potest prudens Confessarius tunc illum relinquere in bona fide excusante a peccato, & monitionem differre in tempore opportunius, ne territus a confessione ablineat, graviusque detrimentum incurrat. *Tamb. c. 14. Lugo. n. 27.*

X. Minus recte dispositus excitandus est ad dolorem, & propositum emendacionis, proposita peccati feditate, bonitate Dei, & periculo damnacionis &c. Item remedia opportuna praescribenda contra peccata futura.

Resp. II. Ut Confessarius licite hoc Sacramentum administret, debet esse in gratia, aliqui peccabit mortaliter. Item debet esse talis, ut per hoc non exponatur proximo periculo peccandi mortaliter. Praer prior consistat ex dictis de *Suar. in genere.* An vero audiens plures una quasi vice morali, tunc numero peccata committat, alii negant, ut Rodrig. alii affirmant, ut Bonac. hic. Pars posterior patet. *Unde resolvitur hic casus:*

Confessarius confitens filii peccati mortaliter tenetur, antequam audiatur, vel saltem absolvi poenitentem, iple confiteri, vel contenti de suo peccato: Si tamen vocatus improviso ad mortuum recolligere se tam subito non possit ad contritionem eliciendam (vel bona fide putet se elicitum) non peccat absolvendo, *Prap. Lugo. Tamb. hoc. c. 1. cap. 2. §. 3.*

Resp. III. Si male absolvit, committendo defectum essentialem, v. g. si non protulit formam, vel absolvit a reservatis non subditum, tenetur inducere ad repetendam confessionem; si sine scandalo, infamia, fractione sigilli, & nocumento suo possit: sin minus, non tenetur. Si non absolvit a censuris, potest ab eadem (si vel quando habuerit potestatem) absolvere ablentem, *Bon. de conf. in communis d. 1. q. 3. p. 6. ex Suar. Fill. tr. 1. c. 10. q. 6. Regm. Nav. Rodrig.*

Si non interrogavit sufficienter numerum, speciem vel alias circumstantias, regulariter ad nihil tenetur, nisi ad poenitentiam agendam: monere enim extra confessionem non debet, cum iudicium sit finitum. Si tamen redeat ad confessionem idem poenitens, debet moneri de defectu commissio; quia alioquin haec confessio non erit integra, cum quadam non sit debite confessus.

Dixi, si non interrogavit: quia si positive dixit, non teneri confiteri numerum, speciem, &c. debet monere, si sine gravi scandalo, & detrimento potest, quia est causa, quod alter praecipuum grave (scilicet contentis illa peccata) violat. *Lugo d. 22. f. 3.*

Si neglectis monere de restitutione, moneat, si quidem commode potest (vel in confessione, vel extra: obtenta prius ab ipso venia; & vero negata, ad nihil ultra teneri docet Tamb. c. 7. ex Sanch. contra Suar. Quia tenetur ex caritate: si non commode potest, Deo commendat. *Laym. l. 5. c. 6. c. 9. Henr. Suar. Silv. Merc. in 3. p. q. 9. ar. 1. Dian. p. 3. r. 4. R. 87.* Quod si tamen (ex gravi seu mortali culpa, contra jus aliterius) dixisset, eum non teneri ad restitutionem, vel aliter (v. g. opinione non falsam persuadendum) esset causa efficax, cur non restitueret, vel aliunde detrimentum tum accipiat iple vel alius, tenetur iple restituere, nisi moneat tempore, priusquam poenitens fiat impotens, quia actio sua fuit iniusta causa damni. Si vero sine gravi culpa id fecit, tenetur nihilominus monere poenitentem, si commode potest; aliqui ipse obligantur, sicut casu priore. Si non commode potest, excusabitur. *V. Suar. Con. d. 8. dub. 77. Bonac. Dian. tom. 1. r. 2. msc. R. 1. Lugo. n. 61. c. supra l. 3. tr. 5. c. 2. dub. 1. ar. 1. c. 18.*

Quaes. Quae & quanta sit obligatio Confessarii audiendi poenitentis?

Resp. I. Quisvis Sacerdos (etiam simplex, quando non est alius paratus) tenetur in extrema necessitate, v. g. in periculo mortis audire & absolvere volentem confiteri. Ratio est lex caritatis.

Resp. II. Parochus, & quivis Sacerdos curatus tenetur audire confessionem sui subditi, non tantum in casu necessitatis, aut praercepto confessionis urgente, sed etiam (saltem per se, vel alium) quoties poenitens id rationaliter petit; v. g. si sit in gravi aliqua difficultate spirituali, vel velit promittere Jubilaeum &c. quia tenetur ejus bonum spirituale promovere, Suar. *Valg. Lugo. &c.* Si tamen nimis frequenter, vel intempertive petatur, excusatur, *Averf. g. 16. f. 11.* Quod si etiam semel tantum vel sine negare, aut differret, non peccaturum graviter, ob levitatem materiae, docet Suar. contra Bonac. &c. admittitque *Averfa l. c.* si non petat ex urgenti occasione, v. g. solemnis festi, &c.

Resp. III. Quotiescumque poenitens ex mera devotione vel Theol. a P. Zacher. locopl. Tom. II.

coasteri, Parochum teneri illam audire, contra Silr. Reg. &c. docent Azor. Suar. Con. Bonac. Moif. Lugo. &c. Sed recte limitatur *Averfa l. c.* si non adfuit alii Confessarii delegati, & Parochus non legitime impeditur.

Resp. IV. Reliqui Sacerdotes, ad se loquendo, non tenentur tunc audire confessiones: si tamen audire ceperint, tenentur absolvere, nisi quid oblet, neque possunt remittere ad alium, quia poenitens eo ipso habet jus ad absolutionem, nec potest fructu & gratia Sacramenti privati, *Averfa l. c.*

A D D E N D A.

Q. 241. Quid praeter notandum sit circa obligations Confessarii? R. seqq. §. 1. Confessarius habet quadruplex munus. 1. Est Minister vices gerens Christi. 2. Est Judex. 3. Est Medicus. 4. Est Doctor: quae omnia constant ex *Trid. sess. 14. de Pen. c. 5. 6. c. 7.* In hoc quadruplici munere fundatur omnes obligationes Confessarii, qui enim munus aliquod in se suscepit, obligatur ejus partes implere. Hinc §. 2. Quia Confessarius est. 1. Minister vices Christi gerens & 1701 immediate concurrens ad gratiam, debet sollicite, fideliter, reverenter & digne ministrare hoc Sacramentum. 2. Quia est Judex, debet providere, ut coram confessio fiat recte, ac praesertim integer: Item tenetur scire quamnam peccata sint mortalia, quamnam venialia: quandonam specie vel numero distinguantur. Item dare vel negare satisfacionem proportionatam. 3. Quia est Medicus, debet scire & suggerere media apta pro cavendis peccatis, prescribere poenitentias medicinales, debortari a periculis relapsum. *Certe inquit S. Thom. Opusc. 65. De cautela in Confess. Cum videamus Medicos corporum quotidie & legere libros physicales & medicinales corporum, in quibus docentur curare corpora mortua, magna sollicitudo est non legere libros Sanctorum medicinales animarum, in quibus docentur curare animas in aeternum vivituras: majus ergo damnum unius animae, quam inenarrabilem corporum. 4. Quia est Doctor, debet instruire in rebus ad animam pertinentibus.*

§. 3. Pleraque obligationes illas exposui in lib. hic. p. 1. 1702. nam a n. 54. dixi eum obligari ad formandam intencionem debitam pro conficiendo Sacramento. A n. 84. ad aliquam attentionem circa opus, quod agit. A n. 91. ad procurandum in se flatum gratiae. A n. 137. arguendo teneri ministrare Sacramentum. A n. 149. peccare, si simulet administrationem Sacramenti. A n. 112. etiam peccare, si extra necessitatem adhibeat materiam vel formam dubiam. A n. 137. si ministrat indigno. A n. 104. etiam peccare, si in administratione Sacramenti, ubi agitur de valore, sequatur sententiam tantum probabiliter, relicta tutiori, nisi Ecclesia supplere possit & velit, uti ibidem n. 111. exposui. Denique a n. 123. dixi non licere sine causa terere formam Sacramenti. Quae omnia etiam hic applicari debent Ministro Sacramenti Poenitentiae. Pura autem, quae facere debet hoc dicit potest, quod tenetur scire & adhibere speciales industriae ac modos agendi cum diversis poenitentibus, prout horum neminem moneas, cuius obligacionem Confessarius in se suscepit. An aliquando tenetur loco poenitentis, qui non potest, denuntiare aliquem, dicam n. 1958.

§. 4. Poenitens recipitque obligationi non satisfacit. 1. Si pie 1703 & sancte non disponat se ad susceptionem hujus Sacramenti. 2. Si per arrogantiam moneri non velit, aut monitus pervicaciter obmurmuret. 3. Si materia emendacionis suggesta non accipiet vel non exequatur. 4. Si sanis consiliis & doctrina per Confessarium proposita se non accommodet: quae omnia pluribus explicabuntur in seqq.

Q. 242. An Religiosi censeri debeant aperi confessionibus audientibus? R. §. 1. Janfenistae negant, Religiosos censeri debere aperi, imprimis quia statim absolvent, ideoque confessiones illas factas dicunt debere censeri communitate sacrilegas; sed hoc damnavit Alex. VIII. secundum dicta *n. 125.* Deinde, quia nimis parvas poenitentias injungunt, sed hoc etiam damnatum est ab eodem Alex. VIII. secundum dicta *n. 126.* Et contra pro Religiosis sunt haec argumenta valentiora. 1. Quia eorum doctrina plerumque est magna & tutior, nam dat se magis, & per Superiores trinitur ad sana dogmata. 2. Plerumque major est illorum virtus, cui ratione status & mediorum student impensus. 3. Experientia docet directionem Religiosorum magis proficere ad perfectionem & sanctitatem consequendam.

§. 2. Ille est absolute bonus Confessarius, & recte implet *mif. 1705* munus suum, qui poenitentem benigne excipit, patienter audit, prudenter instruit, suaviter arguit, prout tempus & necessitas exigat, quandoque timore concurrit, semper spe erigit, continuo amore virtutis accendit.

Q. 243. Quinam Confessarii merentur nomen Janfenistarum, 1706 Rigoristarum, Laxorum, Benignorum? R. §. 1. Janfenistae sunt. 1. Qui descendunt aliquam ex 5. propositionibus in Janfenio damnatis. 2. Qui descendunt propositiones illas non contineri in libro qui dicitur, *Angustinus Janfenii.* 3. Qui sincere, ex animo & abique ab Alex. VII. & Clem. XI. ideoque non damnant 5. illas propositiones & haereticum silentio foveri, dum quis ipsam Janfenii doctrinam inserunt in sententia Penitentiae, aut directione fidelium ununt regulas fundatis in aliqua ex 5. propositionibus in Janfenio damnatis, quales sunt: homo peccat etiam in hoc, quod aliter facere non potest. Confitendi sunt actus & motus de se graviter mali, si voluntarii sint, quamvis fiant sine ulla libertate indifferente, &c. Ratio, cur omnes isti merito dicantur Janfenistae, haec est, quia secundum Breve Innocentii XII. *Nuper,* ad Episcopos Belgii datum 6. Februarii. 1694. illi recte dicuntur Janfenistae, *Ccc 2 quos*

XIII. declarasse (1) bene censeri concessam; sicut enim heresi maxime speciali reservatione eximitur, ita exigit speciale & expressum pro abolitione facultatem, quod opere per se non dicitur; sed alii in hoc ultimo contradicunt; & Tann. d. b. num. 123. dicit non esse dubitandum pro Germania, quod concessa ad casus Bullae coeae etiam intelligatur ad heresim & lectionem librorum hereticorum, cum illius facultatis usus in Germania sit maxime necessarius & ferme unicus. Si detur facultas, ad omnia peccata & censuras, pro censuras non intelligitur suspensio, sed tantum illa censura intelligitur, quae per se impeditur abolitionem a peccatis. Averf. f. 7. Nec intelligitur ulla irregularitas, uti dictum est n. 1458.

(1) Ut de Gregorio XIII. mente non plane consistat, clarissimum est Alexandri VIII. Decretum 23. Martii 1656. quod referunt Reinfels. T. 5. tit. 7. de hereticis num. 407. Schmalzer. l. 5. tit. 7. n. 207. & segg. Card. Petra ad Conlit. Apoll. T. 3. p. 180. & Lambert. T. I. Edict. p. 31. ut mirum sit, fuisse, aut etiamnon esse, qui illud ignorant. En illud. In Congr. Sancti Officii, Sanctissimas D. N. Alexander Papa VIII. sub die 23. Martii 1656. inherendo declarationibus alias a suis Praedecessoribus factis, ad removendam omnem dubitandam occasionem, & ne circa id in posterum ullo tempore hesitare contingat, cum crimen heresim praeter cetera gravissimum speciali nota dignum sit, decrevit, facultatem absolventi ad heresim in Jure, vel alii simili casu concessam non censeri comprehendendam, nisi expressis verbis concedatur facultas absolventi ad heresim.

1617 §. 9. Trid. sess. 24. c. 6. de Refor. dat facultatem Episcopis quoscunque sibi subditos absolventi a calibus occultis Sedi Apostolicae reservatis, etiam ad heresim, & consequenter etiam a reliquis calibus Bullae coeae: (2) quam facultatem perdatore dicunt Dical. de cens. d. 2. n. 139. Tann. n. 121. & alii. Hinc inferunt cum Vagnero apud Gob. n. 371. lib. B. obtenta ad Episcopos hoc facultate, quae ipsi jam est ordinaria, etiam non posse ad istos calibus occultis absolvere. Sed praeterquam quod hoc fit tantum ad casus occultos, quia gravissimi Auctores cum Sua. de cens. d. 2. sess. 24. n. 3. Sancl. c. 11. n. 226. Averf. q. 17. sect. 6. referunt Romae secunda esse, quod facultas illa revocatur per singulas Bullas coeae, secundum eas, quae n. seg. dicam & consentiunt viva ad prop. 3. Alex. VII. n. 4. non videtur tunc posse ex hoc fundamentum procedere. Solent tamen Episcopi Romae petere & obtinere ad quinquenniim speciales facultates absolventi ad heresim & ceteris calibus Bullae coeae, etiam quando publici sunt, quas etiam possunt alii communicare, secundum dicta a n. 1598. Ac similes etiam facultates habent Nuntii Apostolici pro tempore pro Legationis, quas etiam possunt aliis committere, a quibus si nobis communicaverit vel committatur facultas absolventi ad heresim & alios calibus Bullae, tunc procedimus de cetero.

(2) Quod Benedictus XIV. de S. D. l. 7. c. 32. & 33. ubi multis continetur, derogatum huic Tridentino Decreto fuisse per Bullam ipsam coeae.

1618 §. 10. Videtur dicendum cum Averfa q. 17. f. 6. quod a calibus qui vere sunt Bullae coeae, absolventi non possunt ulli Regulares, per se loquendo, quia facultates qualescumque sive concessae sive quomodocunque communitate ad absolventem ad heresim & calibus Bullae coeae, omni anno revocantur per promulgationem novae Bullae: privilegium enim, quod nullae facultates censentur revocare per Bullam coeae, quae in futurum emanabit, erat tantum vive vocis, & revocatum est per Urb. VIII. uti fatetur novum Comp. consilium privilegiorum v. Bullae coeae §. 2. Et respectu de ad hos etiam Mendicantes declaravit S. Congr. sub eodem Urban. VIII. 7. Novemb. 1628. uti refert Mantgar. in Praxi Pastoralis pag. 1122. & fatetur Benedictus in Summula Regulae v. Absolutio pag. 177. per confirmationem privilegiorum apud Regulares datam vel forte dantam post Trid. non revixit facultatem absolventi a reservatis in Bulla coeae, ut ipse quae tollitur per annuum ipsius Bullae publicationem. Et eadem S. Congr. 15. Junii 1647. approbante Innoc. X. iterum declaravit id esse conformem Constitutionibus factis de mandato Clem. VIII. Pauli V. & Urb. VIII. uti refert Manig. pag. 1156.

Obj. Varii Pontifices concesserunt Regularibus facultatem absolventi ad heresim & calibus Bullae coeae, & simul privilegium, ut per Bullam coeae non censetur talis facultas revocari. Speciatim Julius III. 22. Oct. 1532. per Bullam Sacra Religio, dat Soc. Jesu facultatem quoscunque a calibus heresim, & aliis contra fidem, & consequentibus censuris, quibuscumque absolventi, confirmans antea omnia privilegia, & facultates a quocunque nobis concessas addit: Illis perpetua, & inextinguibile firmitatis nobis adfirmamus, itaque inextinguibile observari, & quibusvis derogationibus, revocationibus, reservationibus, decretis, declarationibus, ac litteris Apostolicis, etiam quavis clausula generalis vel specialis, etiam derogatoriis derogatorias, effectores, & ipsolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacumque verborum forma, & expressione in se continentibus, ac cancellariae Apostolicae regulis seu Constitutionibus Apostolicis, quomodolibet pro tempore factis, & editis, ullo unquam tempore comprehendendi, aut eis in aliquo derogari seu ea revocari aut alterari nullatenus posse. Similes confirmationes dederunt nobis vel aliis alii Pontifices, quas communicamus, uti retuli l. 1. n. 857. R. Haec concessiones omnes non obligant sequentes Pontifices, qui aequali cum prioribus potestatem habent, & revocant forma, qua volunt, dum modo sufficienter significant mentem suam etiam ad nos alioquin Regulares extendi; haec autem secundum dicta n. 1464. sufficienter significant per hoc, quod in singulari Bulla coeae dicant tolli potestatem absolventi quibuscumque Ecclesiasticis secularibus, & quorumvis Ordinum etiam Mendicantium ac militarium Regularibus etiam Episcopis vel alia maiori dignitate praeditis. De privilegio autem subiungitur: Quia omnia, quoad haec, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso inveniarentur, presentibus pro expressis habentes, po-

nus tollimus, & omnino revocamus. Hinc recte infert Mendo dicit. q. 5. censeri debere revocata omnia etiam remuneratoria &c. omnium Regularium privilegia, quantum Bullam coeae concernunt. Videri possunt dicta l. 2. a. n. 858.

Instabis. Si talis facultas tollatur per quolibet Bullam annuam, frustra data esset ab illis Pontificibus scientibus quotannis emanare eam Bullam: hinc etiam Sixtus V. & Clemens VIII. renovationi Bullae expresse addiderunt, nisi in privilegiis casus in Bulla contenti expresse concederentur, quam conditionem sequentes Pontifices, qui omittunt, videntur subintelligere, inquit Layman. R. n. seg. nam valet pro tempore vite talis Pontificis. Sixtus autem & Clem. specialiter favebant Regularibus, hinc addiderunt clausulam illam ipsi faveant, quam cum reliqui Pontifices omittunt, utanturque verbis univ ersalibus, quae comprehendunt etiam casus per privilegia Regularibus concessos, hi sub Bullam coeae revocatum cadunt. Sub eam tamen non cadunt facultates, quas Papa Nuntius, vel Episcopus concedit ad certos annos, nam datur cum voluntate praeveniendi revocationem talis Bullae emanaturae.

§. 11. Putarunt Becanus, Perlinus & alii Bullam coeae non esse receptam in quibusdam Germaniae locis, & speciatim de Bavaria id afferunt Tann. & Laym. l. 1. n. 5. p. 226. 227. quoad aliquam. Quod etiam de aliis locis dicunt multi cum Marcantio in Tribum. tr. 2. tit. 4. §. 8. etiam id, quia desit sufficiens illius apud populum promulgatio. Sed ex dictis l. 1. n. 579. constat ad obligandos per eam omnes satis esse, quod Romae promulgatur, & alibi comitatur de hoc, & de calibus in ea contentis. Confessarii autem, praeterquam Regulares, qui uti debentur Episcopis absolventi, satis sciunt de Bullae revocatione, cum in domibus eorum debeat esse publice exposta.

§. 12. Laym. Perlin. Gob. & alii docent etiam ideo posse nos 1620 & quoscunque approbatos in Germania absolvi ad heresim, & lectionem librorum prohibitorum, quia hinc non est factus, imo plerumque est moriturer impossibilis accessus ad Papam, obsumptum magno, iactura rei domesticae, molestias, & pericula vitae, &c. Neque ideo est obligatio scribendi Romanam quod aliqui volunt, nam quavis id facile fieri possit, tamen tenent satis multi cum Dical. de cens. d. 3. n. 573. & Gall. in d. d. p. 3. 5. n. 7. id non esse opus, praeterquam cum litteris: sicut obnoxio periculo publicationis. Nec propterea est obligatio accedendi ad Episcopum, quod etiam aliqui volunt, nam ad Episcopum remittitur pro solo casu periculosis Clericis, ut notat Sua. Mol. Sanch. in Decret. l. 2. c. 17. n. 9. Contra est, nam quia difficilis est Romam recursus, ideo Papa in his partibus dat Nuntio Apostolico, & Episcopis specialem facultatem alii communibilem ad casus Bullae coeae: ergo certum videtur ex mente Papae non omnes habere facultatem illam.

§. 13. Gob. tr. 7. an. 355. docet, casus, qui valde frequenter contingunt, non solent reservari, praeterquam Papa, & inde inferunt lectionem librorum prohibitorum in Germania non esse reservatam. Idem etiam dicit Laym. de heresi, quae in his partibus nimis frequens est. Contra est t. nam heresiis formalis, quae sola reservatur, non est ita frequens. 2. Casus etiam medicior frequenter servari possunt Papa, uti quibusdam Episcopis reservatur homicidium, perculsi Clerici, furtum sacrilegum, forte etiam videtur, ut frequenter emendatur. 3. Certum est ex praxi Romana item dicelesana multis locis, etiam pro Germania reservari heresim.

§. 14. Dubitant aliqui, an omnibus illis non obstantibus possint 1622 saltem Praelati regulares inos subditos absolvi ad heresim occultam, & alios occultis casibus Bullae coeae, nam quidquid iure communis possunt Episcopi, cum suis subditis, possunt Praelati regulares circa suos. Sua. de Relig. l. 2. c. 2. §. 9. l. 4. n. 6. 6. 15. Viva ad prop. 4. Alex. VII. Et prop. 4. damnata, quam retuli n. 1609. solum loquitur de abolitione secularium, hinc Bonagrana supra pag. 162. multis contendit posse. Sed dicendum non posse, quia Bulla coeae excommunicat omnes hereticos, quocumque nomine censentur, & tunc absolutionem illius alicuius casum reservat soli Romano Pontifici, derogando quoad hoc omnibus privilegiis quocumque, etiam Episcopis vel alia maiori dignitate praeditorum, ita cum plurimis aliis Sua. Sanch. c. 11. n. 7. Diana p. 3. tr. 2. R. 122. Viva supra, Mendo q. 4. dicens sententiam Bonagranae non amplius esse probabilem.

§. 15. In articulo, vel etiam secundum dicta n. 1621. in periculo mortis possunt Sacerdotes omnes absolvi a quibusvis casibus etiam Bullae coeae, quia tunc nihil reservatur, uti constat ex Trid. sess. 14. de poen. c. 7. At tamen non observanda sunt haec tria. Ut detur cautio de iusticiam parte illae, vel pignoratitia, vel iudicialia, vel si haec fieri non possunt, iuratoria. 2. Ut fiat iuramentum de obediendo mandatis Ecclesiae, per quod tamen non imponitur nova obligatio servandi quaecumque praepcepta Ecclesiae, sed illud solum, quod absolvens vel superior iniunxit, nempe ne iterum illud crimen patret. 3. Ut absolvens iuret per seipsum comparere coram Papa, quando poterit, ut nempe opportuna medicina adhibeatur, & imponatur satisfactio debita, alioquin reincedit in excommunicationem, ita quoad omnia Sanch. c. 13. n. 17. ubi a. n. 31. adhuc notat sequentia. 1. Supradicta onerata tantum imponi, quando ratione necessitatis datur absolutio, non autem si detur in Jubileo vel ex privilegio, nisi expresse iungatur. Vide dicta a n. 1453. 2. Qui v.g. delictum usurationis illa praestare non potest, est nihilominus absolvens. 3. Quamvis Confessarius non imponat illa, valet absolutio: ita etiam Averf. q. 17. f. 7. in fine.

§. 16. Si extra periculum mortis aliud sit impedimentum per 1624 petuum vel diuturnum, quominus habens reservatum, per seipsum le sitat Papa, v. g. quia est impubes, felix, pauper pareret grave aliquid damnum, Abb. Anchar. Felix. Angel. Navar. Silv. Tabien. Cou. Henr. Sua. Ugol. Card. in Trid. sess. d. 80. n. 7. 4. Dical. d. 11. n. 265. dicunt posse absolvi ad Episcopum suo (Viva num. 7. & alii contra alios putant etiam ad alio inferiore, si non detur recursus ad Episcopum) & con-

consentit Sanch. num. 37. excipiens sol in heresim: putat enim pro haec teneri Romanum recurrere pro procuratorem, vel litteras; sed exceptionem illam rejiciunt Castr. Dical. num. 268. Averf. sess. 5. Id enim Episcopo conceditur in iure, cap. Eos qui, cap. Mulieres, cap. Quamvis, cap. De cetero, de sent. excomm. sine ulla distinctione. Quod si adiri possit Nuntius Apostolicus, Navar. Con. Bon. Lugo; Dical. num. 266. negat esse obligationem hunc adveniendi, quia sicuti Episcopus, ita etiam Nuntius id potest per delegationem Papae; e contra alii cum Averf. sess. 5. dicunt ad eundem Nuntium, quia specialiter constituitur esse in partibus, ut sit loco Papae, & cap. Quamvis, dicitur tunc posse ponentem absolvi, quando non potest adire Pontificem & Legatum.

1625 §. 1. De iure communi reservatus in omni diececi, refert Dical. de cens. d. 3. a. num. 222. sed Chapeav. p. 1. cap. 4. quest. 2. concludit nunc tantum esse hos duos, nempe crimen incendiarii, & peccatum, ob quod sollemnis Poenitentia est indicienda, quod tamen nunc etiam non amplius est in usu: unde Fill. tract. 7. num. 273. absolute dicit nullum casum de iure nunc esse reservatum Episcopis.

1626 §. 2. Monet Clemens VIII. in decretis super absolute a censuris, ut Episcopi paucos, eosque tantum, quos ad Christianam disciplinam retinendam reservandos iudicaverint, reservent. Et in declaratione eisdem Decreti prohibetur, ne sibi superflue reservent casus Bullae coeae, aut alios Sedi Apostolicae reservatos: iterumque monentur de reservandis paucis iisque atrocibus criminibus, uti refert Fill. num. 280.

1627 §. 3. Certum est Episcopos saepe reservare peccata occulta, Chapeav. supra, Gob. l. 7. num. 307. Et quando reservatur peccatum simpliciter sine addito, intelligitur etiam occultum, nisi aliud aliunde reficiatur, de quo consulendum proprie Aegidae. Quando autem casus censetur occultus, dicitur a num. 1656.

1628 §. 4. Nulli Regulares possunt sine licentia Episcopi absolvi a casibus ipse reservatis, etiam si absolvi possent a quibuscumque Papae reservatis, uti declaravit Clemens X. num. 1408. & Alexand. VII. damnans hanc 21. prop. Mendicantes possunt absolvi a casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad Episcopum facultate (1). Quod Viva ad prop. 12. Alexand. VII. extendit etiam ad casus, quos Papa vel ipsi committunt ad censuratum reservatum Episcopo, de quibus num. 1617. Id dictum, sed in hoc valde probabiliter contradicunt Averfa, aliisque supra 30. Auctores apud Thom. Hurr. l. 1. tract. 5. R. 17. nam videtur esse sermo de casibus, quos ipsimet Episcopi sibi reservant. Hinc aliqui cum Pelliz. tract. 6. cap. 2. num. 59. dicunt Mendicantes posse absolvi a casibus, quos non ipse Episcopus, sed Synodus reservat Episcopo, sed in hoc melius contradicunt Viva: quod enim reservat Synodus, cui praesit Episcopus, reservat ipse Episcopus. Putant tamen Gob. num. 374. & Spor. num. 747. Episcopos scientes, quod Mendicantes in Germania absolvent a casibus sibi reservatis, & non contradicentes, hoc ipso censeri tacite consentire, sed credo contrarium contradicere. Similiter non possunt Regulares absolvi ad excommunicationibus, quas Ordinarii sibi specialiter reservant, quia potestatem illam sultulit Paulus V. apud Pelliz. l. 8. cap. 2. sect. 2. subf. 2. num. 85. quidquid contradicunt Dian. p. 3. tract. 2. R. 13. Adde tamen Pelliz. adhuc posse nos absolvi a suspensionibus, & interdici Episcopos, quia Paulus V. tantum loquitur de excommunicatione, quae nomine non veniant istae aliter censurae, sed de hoc nihil invenio in Comp. nosse, Averf. quest. 17. sect. 6. universaliter dicit non posse a censuris ad Episcopos reservatis. Quod in Jubilaeo licet dicendum, vide num. 1451.

(1) Hinc in Coloniae 1620. Nov. 1720. T. 1. Refert p. 381. §. C. ad primum dubium respondit negativo. Dubium autem illud erat hocmodi: an Confessarii Regulares possint Sacerdotes extra mortis periculum absolvi a casibus Ordinarii reservatis. Clarus autem quoad Regulares habentes facultatem absolventi a casibus Bullae coeae, etiam si absolvi possent a quibuscumque Papae reservatis, uti declaravit Clemens X. num. 1408. §. C. statuit, illos non ideo absolvi posse a casibus, qui sunt Episcopis reservati, ibid. p. 380. in Andrieni 29. Novemb. 1710. & in eadem 24. Januarii 1671.

1629 §. 5. Si idem casus sit reservatus Papae, & Episcopo, qui potest tollere reservationem Papalem, non ideo semper potest Episcopalem, quia Papa relinquit casum Episcopi in statu, de quo Dical. de poenit. d. 11. num. 160. Peccata autem puberum, id est, masculorum ante 14. & foemellarum ante 12. annum, quae alia essent reservata Papa, tamen reservatum Episcopo, si committentes usu rationis perfecto polleant: De cetero, v. g. incestus puerorum, qui perfectum ulium rationis non habent, nemini est reservatus, etiam si pueri post pubertatem prius confiteantur. Palud. Cajet. Chapeav. par. 1. cap. 6. quest. 4. Vi de dicenda num. 1601.

1630 §. 6. Quamvis Episcopus deat se concedere alicui potestatem absolventi ad omnibus peccatis, imo & omnem potestatem suam, non ideo censetur concedere ad casus sibi reservados, nisi mens ejus aliunde constet, debet fieri de his specialis mentio, quia specialiter excepti sunt, Navar. Dical. de cens. d. 3. num. 228. Quando autem dat facultatem ad omnes casus sibi reservados, non ideo dat casus Papales a quibus absolvi poterit Episcopus, sed tantum delegat ad suos, nisi aliter exprimat. Nec ideo dat ad censuras sibi reservatas, quia censura non est casus reservatus, sed poena illius, Navar. apud Averfam quest. 17. sect. 7.

1631 §. 7. Reservatio Episcopalis habet vim tantum intra diecesim reservatam; hinc si peregrinus habens reservatum confiteatur in diececi, ubi non est reservatum, potest ibi a quovis approbato absolvi sine onere siltendi de suo Episcopo, uti declarat Clemens X. num. 1503. qui tamen excipit casum, nisi eosdem poenitentis moveret in fraudem reservationis ad alienam diecesim pro absolute obedienda misisse, tum enim Episcopo ipsius

non censetur consentire. Et ibidem declarat, si casus sit reservatus in diececi, in qua Confessarius audit talem peregrinum non posse absolvi sine facultate huius Episcopi, quod certum est si talis casus sit reservatus in diececi tunc poenitentis cum confessariis: si autem casus non reservatus in diececi poenitentis, sed tantum in diececi confessariis, de hoc casu nihil expresse declarat Clemens: nam tantum loquitur de veniente cum casu in sua diececi reservato: perique tamen cum Sua. Lug. Con. Bordon. Marchant. Averf. sess. 3. putant confessarium hic non posse absolvi & Diana dicit esse rem claram, quia Episcopos huius diecesim de recte sultulit illi jurisdictionem respectu talis peccati, quamvis Fagund. & Stoz. lib. 2. num. 64. putent posse absolvi, tum quia reservatio fit ad Episcopum nonnulli in iobonum propria diececi: ergo nonnulli circa peccata fuoruer diecesilarum: tum etiam quia confessarius viatorum absolvit per jurisdictionem ad Episcopos viatoris excepta consuetudine delegatam. Si tamen ngeret hic quali domicilium, tum subieceretur etiam huic Episcopo, & deberet iudicare secundum leges huius diecesim.

§. 8. Probabilis est cum multis apud Dical. de poenit. d. 1632 11. a. num. 244. quod dicelesani etiam extra suam diecesim exiltentibus incurraat reservationem pro suum Episcopum annexam peccato, quod alibi committunt, quamvis reservatum non sit in loco, in quo committunt, quod ad bonum commune diecesim spectat, ut subditi, ubicunque sint, abintant ad eusmodi criminibus: de quo quamvis videatur dubitare Stoz. supra, tamen certum videtur, quod post reditum in diecesim suam non possit a tali peccato absolvi, nisi ab habente potestatem in reservata.

§. 9. Poenitentiarium, qui in cathedralibus Ecclesiis exponunt 1633 tur ad audiendas confitentes loco Episcopi, habent potestatem in omnes casus & censuras Episcopales, Chapeav. cap. 4. Declaravit autem S. Congregatio, teste Dical. num. 277. Episcopum posse depurate sibi alioquin confessarium eum eadem auctoritate, quam ipse possit in sibi subditos exercere. Quod Dical. num. 273. etiam extendit ad Vicarium Episcopi. Vids tamen dicenda num. 1687.

§. 10. Manet reservatio casuum, quamvis moriatur Episcopus, qui reservavit, si successor non revocet, est enim per modum statuti perpetui, Chapeav. cap. 5. in fine. Tum autem censetur casus definire esse reservatus, si Episcopus edat novum catalogum casuum reservatorum, & alioquin omittit; & tum definit reservatio casus antea commissi, non tamen excommunicatio, quae absolute indiget: unde a contrario, si Episcopus ponat novum casum reservatum, qui hinc antea commisit, non potest sine Episcopi licentia absolvi, nisi aliud colligatur ex verbis, quia iam sublata est iurisdictione illius: at tamen excommunicatio non ligabit, si annexa sit, quia haec non imponitur, nisi peccatis committendis, Bordon. Averf. supra.

§. 11. Si Episcopus sic statueret, volo, ut qui hoc commiserit, 1635 non possit a me absolvi, sed peccatum & censura sit reservata Papa, illud peccatum non ideo esset reservatum Papa, sed Episcopus possit ab eo absolvi, Rayn. in Heter. l. 16. sect. 1. p. 9. num. 34. Talis tamen casus videtur fore Episcopo ipsi reservatus, quia a reliquis efficaciter sultulisset iurisdictionem.

Quaest. 233. Quam casus sint ad Episcopos reservati in Coloniae mensi, & aliis vicinis dicecesibus? Kelp. In Coloniae reservantur sequentes, uti habetur in Synodo anno 1662. pag. 71. Apollonia. Homicidium voluntarium. Incendium Ecclesiae, Sodomia. Raptus virginum. Incestus cum consanguineo in affinibus in primo aut secundo gradu, aut cum sanctimonialibus. Adulterium manifestum. Insectio manuum violenta in parentes cum incesto. Blasphemia magna seriose prolata. Veneficium. Sortilegium. Ligatura & omne maleficium, quo impeditur actus matrimonialis in conjugibus. Perjurium manifestum. Et quamvis per adulterium manifestum, & perjurium manifestum, infinuatur reliqua reservari, quamvis sint occulta, tamen Vinitor de Sacram. tom. 7. cap. 11. quest. 11. restatur casus occultis hic reservari.

In Moguntina. 1637 In Agenda anno 1696. impressa reservantur tantum tres sequentes, etiam si sint occultis. 1. Homicidium voluntarium, 2. Stuprum violentum. 3. Crimen incendiarium.

In Trevirensi. 1638 1. Enormis blasphemiam in Deum vel Sanctos in loco publico. 2. Abusus Hostiae, sacri Chrismatum, Olei sacri vel cuiusvis rei sacrae ad sortilegium, divinationem, incantationem aliove magicos usus. 3. Perjurium Clerici affectis SS. Evangelii in iudicio. 4. Crimen incendiarii, excidio notabilis fegetis, arborum frangierum, vitium, & vinearum, ex odio tertii aut communis. 5. Crimen falsarium tam monetae quam litterarum seu instrumentorum publicorum. 6. Sodomia, bestialitas, congressus cum demone carnalis. 7. Commisso Sacerdotis cum filia spiritali. 8. Homicidium voluntarium quantumvis occultum: & adhortatio, ex qua commissum est homicidium. 9. Depulsio focus five animati five inanimati. 10. Perjurium Parentum enormis. 11. Matrimonium a sciente conjugem suam aut alterius contrahentis adhuc vivere, inritum. Notandum est autem, quod etsi quis generalem a reservatis hic absolventi facultatem accipiat, tamen ordinare excipitur septimus, uti & gravis periculo Clerici, quae etiam reservata est, quapropter a duobus his casibus absolvi non potest, nisi cum facultate specialis.